

Lorenz Bodock

**Rector Universitatis Rostochiensis Laurentius Bodock, Ph. U.I.D. ... Ad Funus ...
Bernhardi Lindemann Quod Parens ... Vir ... Bernhardus Lindemannus ...
Solenniter atq[ue] decenter parabit. Omnes Universitatis huius Cives, atq[ue]
Fautores ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1661

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770672094>

Druck Freier  Zugang



Bodock, L.

in

B. Lindemann.

Rostock, 1661.

16.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
LAURENTIUS BODOCK,
Ph. U. J. D. Consiliarius Mecklenburgi-
cus. Academ. Orator, Colleg. Philos. Senior.
& p. t. DECANUS.

AD FUNUS

Egregia & indolis, speique maxima JUVENIS

**BERNHARDI
LINDEMANNI**

Quod

Parens ipsius mœstissimus ac affli-
ctissimus

VIR Amplissimus Nobilissimus Consultissimus

**DN. BERNHARDUS LIN-
DEMANNUS.**

*Senator ac Protonotarius Rostochi-
ensis Urbis, optimè meritus*

DIERNA HORA PRIMA

Solemniter atq; decenter parabit.

Omnes Universitatis hujus Cives, atq;
Fautores, per amanter ac officiosè invitati.

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILI, Acad. Typ. ANNO CHRISTI M. DC.LXI.





RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS.
LAURENTIUS BODOCK, Ph.U.J.D.

S. P. D.



Iennium præterito Mense Februario elapsum est; quandò Vir Amplissimus, Nobilissimus, Consultissimus DN. BERNHARDUS Lindemann / Senator & Protonotarius Civitatis Rostochiensis prudentissimus, desideratissimum filium suum THOMAM inopinatè aquis suffocatum deploravit; qui si diutius rebus interfuisset mortalium, sanè vestigia Magni illius THOMÆ LINDEMANNI Avi sui, immortalem gloriā in Academiâ nostrâ, & hac Rostochiensiū Republicâ promeriti, laudabiliter pressisset. Athodiernâ luce non deterioris genii, non inferioris viliorisq; syei, alterum filium, BERNHARDUM scilicet LINDEMANNUM acerbissime luget, & omni jam insigniq; sobole destitutus, suam orbitatem, simul cum suâ dilectissimâ Conjuge, Matronâq; honoratissimâ, amarioribus prosequitur lacrymis. Nec mirum; Tantum quippè potest ~~magis~~ illa, agnata nobis, qui patres sumus, ut obfirmatos etiam de statu de-
trudat,

trudat, & vel obnitentibus lacrumas & lamenta excutiat.
Verum quid tandem ulterius facies Vir prudentissime?
annè prolixius, elegantem quoque hunc Juvenem, ad
magna natum & educatum, filiumq; exoptatissimum,
BERNHARDUM LINDEMANNUM deflebis? Non suadeo.
Nusquam enim animo deiici sapientis est, at in his
casibus, quibus omnesex æquò sumus obnoxii, immoder-
atius dolere, non est sapientis. *Feras itaq;, non culpes, quod*
mutari non potest, uti Mimus ille Publianus inquit. Et non
tam cogites, quem amiseris, sed qualem, & quam eximiis
condecoratum virtutibus filium, BERNHARDUM LIN-
DEMANNUM habueris. Qui Te Patre Optimo, Ma-
treq; Virtuosissimâ Matronâ AGNETA SASSIA, A.D.
1643. die 3. Novembris fuit progenitus. Qui Avum pater-
num habuit, THOMAM LINDEMANNUM JCTum,
Antecessorem hujus Academiæ; Plurimorum Principum
Consiliarium, nec non Reipubl. Rostochiensis Syndicum
gravissimum. Aviam verò paternam URSULAM
SCHARFFENBERGIAM, BERNHARDI SCHARFFEN-
BERGII Consulis Rostochiensis præclarissimè meriti fi-
liam unicam. Qui agnovit Avum Maternum, Virum
Excellentissimum, Clarissimum, D.N. M. PETRUM
SASSIUM, Logicæ per plurimos annos, in hac Acade-
miâ Professorem celeberrimum, Virum sanè integerri-
mum, ab omni prorsus fuco & fraude alienum, ac ob egre-
gias animi dotes, in summo pretio, à Collegis, omnibusq;
bonis habitum. Aviam verò maternam EUPHROSI-
NAM HAGEMEISTERIAM, ex antiquissimâ ac lauda-
tissimâ HAGEMEISTERORUM prosapiâ ortam.
Qui tantæ famæ tantæq; virtutis Parentibus ac Majori-
bus prognatus, & mox per sacrosanctum baptismatis lava-
crum

crum regenitus, alboq; CHRISTI JESU fidelium adscriptus; ac tandem Præceptoribus privato-publicis, (ad institutionem diligentissimam) concreditus; laudabiles sanè, brevi temporis spatio, in Scholâ triviali, fecit studiorum profectus. Qui postmodum Viri Excellentissimi, Consultissimi, DN. JACOBI SEBASTIANI LAUREMBERGII U. J. D. & Professoris celeberrimi, Dn. Collegâ & Amici nostri honoratissimi informationi privatæ commendatus, discendi cupiditate arsit incredibili, & secundis quasi fortunæ ac naturæ ventis, expansisq; ingenii velis, quotidiè amplius, tum diligentia tum modestia, tum aliis virtutibus, ad immortalem gloriam contendit. Qui noctes & dies, gloriæ stimulis concitatus, nullâ difficultate à studiis derrerri, nullâ vilabefactari potuit, & intercommilitones cæteros, velut inter ignes luna minores pulcherrimè splenduit, ut magno patriæ ornamen-to, parentibus tristissimis solatio ac voluptati esse potuisset, si diutius consortio mortalium convixisset. Verùm aliter DEO OPT. MAXIMO, Vitæ mortisq; Arbitro placuit. Quippè tam præstantis ingenii, tantarum Virtutum JUVENIS, antè septem dies, acutâ febri (cui nec medicamenta saluberrima, prudenterq; à Viro Excellentissimo, Experientissimo, DN. JOHANNE BACMEISTERO Medicinæ Doctore ac Professore celeberrimo. Dn. Collegâ & Amico dilectissimo suppeditata mederi poterant) correptus, mirumq; in modum illius ardore, ac virulentia enervatus, die tertio hujus Mensis Julii, è vivis excessit, & in præsentia parentum amantissimorum, Medici, Confessionarii sui, Viri plurimum Reverendi Clarissimi DN. NICOLAI RIDEMANNI, V. D. Ministri ad D. MARIAE Ædes vigilantissimi, ut & in conspectu aliorum

orum amicorum, animam suam Creatori suo clementissimo reddidit; à quo illam antè octodecem circiter annos acceperat. O acerbissimum casum, quō veluti gravissimo vulnere sauciari. Vir Amplissime, intraq; gemitus & suspiria, dies noctesq; insumens, doles vehementer, te jam utrāque Prole charissimā esse privatum. Veruni si unquam præcepta & instituta sapientiæ pectori tuo se se insinuarunt, nunc illud est, quum re ipsā & documento illustri, indolē magnanimæ tuæ Virtus & constantiæ expro- mere tenearis. Neq; est opus, ut te talem, tantæq; prudentiæ Virum admoneam communis legis, quæ nascentibus dicta est MORI; nam quod omnes facturi sumus, id THOMAS prius, nunc BERNHARDIUS, filii dilectissimi fecerunt, id est, obijerunt. Èa quippè legè in huncce prodimus Orbē, ut aut serius aut citius illi valedicamus, ut nihil præcipue dolendum sit in eō, quod universis eveniat. Summum illud coelesteque Numen eripuit filium tuum utrumque & quidem in flore ætatis, sed tamen suo, id est determinato tempore ac termino, quem illud ipsum maximæ sapientiæ N U M E N , in tabulis suæ infallibilis prouidentiæ consignavit. Fræna itaque injice mœrori tuo Vir sapientissime, & nil aliud statue, quam quod sic expeditiverit, & quod infinitæ sapientiæ DEUS, nil nisi tempestivè, nisi utile, & ex salute nostrâ, omniumque nostrum faciat. Vita hæc nostra, quid obsecro est? revera carcer, peregrinatio ac miseriарum abyssus. quid itaque querelis hos prosequeris, quos votis debebas? Absoluit jam cursum suum, cum fratre THOMA BERNHARDIUS, filio tuus jucundissimus, pervenit ad metam, ad quam omnes nos festinamus, molestâ ac periculosâ vitæ suæ functione perfunctus est; ad portum jam appulit, liberab omnibus insaniens.

nientis hujus mundi tempestatibus atque procellis. Obstrepit quidem paternus affectus ac dolor. ante diem obiit, cum THOMA dulcissimo, svavissimus BERNHARDUS; obiit in flore ætatis; obiit prolixiori vitâ dignus. Sed quæso te Vir Consultissime, quid tandem *antè diem nuncupas?* cum cuivis sit certus dies præscriptus, & is demum legitimus dies est, quemcunque Cœlestis ille Imperator noster supremum esse voluerit. Modum itaque impone tristitia, contine lacrumas, comprime gemitus, & ea fac ac reminiscere, quæ tuam Personam, eòq; honoris proiectam decent. Noli mandare oblivioni, te LINDEMANNUM esse, atq; cum Virum, qui salutaria aliis præbere consilia soles, & quæ aliis tutè præcipere soles, ea tibi subijciens, apud tuum animum propone. Vnde ad exemplum Sapientissimi illius Regis ac Prophetæ, qui filium, quem ægrotum ac languentem fleverat, non flevit mortuum, hoc unicum considerans, quod irrecuperabilia luctu exciperè, supervacuæ potius sit vesaniæ, quam sanæ sapientiæ ac pietatis, ideoq; hoc robustissimo solatio cor Sutum obfirmabat, Ego quidem ibo ad puerum, sed puer non revertetur ad me. Coerce, itaq; dolorem, fortiterq; fer quod DEUS ferre te voluit, & jam mutari nequit. Periclem imiteris, qui intra quadratum duobus orbatus adolescentulis, solitum exhibuit vultu, atq; adeò coronatus in publicum prodiit, publice q; concionando differuit. Respice PAULUM AEMILIUM, qui intra septem dies duobus amisis filii, progressus in concionem ultrò, populo Romano gratulatus fuit, quod publicam fortunæ invidiam, domestico luctu redemisset. Et si te fortassis excitatius movent exempla fœminarū, perpende rogo CORNELIAM illam, Matronam generosissimam, quæ cum duos filios, TIBERIUM & CAJUM, magnos

magnos illos Grachos occilos vidisset, ac eo nomine amici eam consolarentur, miseramq; affirmarent, respondit invicto sanè animô, *Nunquā miseram me sed potius felicem dicam, quæ Grachos peperi.* Cæterum cum Exuviae corporis hujus præcellentis Juvenis, hodiè communij Matri, honesto sepultura ritu, sint reddendæ; à Vobis Omnim Ordinum Cives Academici studiosè atq; officiosè efflagito, nè dignemini frequentes convenire, & decentissimâ funeris deductione, vestram, erga superstites atq; Nobilissimos defuncti pereximii Juvenis parentes, agnatos, amicos, de Academiâ, ac Urbe Rostochiensi, de literis ac literatis meritissimos, pietatem ac benevolentiam contestari. In ipsis verò Exequiis, illud animo habete.

Debemur morti nos, nascentes morimur, finisque ab origine pendet.

P. P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus diè 5. Julii.

A. D. M. DC. LXI.

Convenient Cives ACADEMIÆ in
Templo sanctissimæ Virgini sacrô, horâ
primâ.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn770672094/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn770672094/phys_0016)

DFG

nientis hujus mundi tempestatibus atq;
 strepit quidem paternus affectus ac dolo
 cum THOMA dulcissimo, svavissimus
 obiit in flore ætatis; obiit prolixiori vit
 so te Vir Consultissime, quid tandem an
 cum cuivis sit certus dies præscriptus, &
 mus dies est, quemcunque Cœlestis ille
 supremum esse voluerit. Modum ita
 tiæ, contine lacrumas, comprime gemi
 miniscere, quæ tuam Personam, eodq;
 decent. Noli mandare oblivioni, te LIN
 esse, atq; eum Virum, qui salutaria aliis
 soleas, & quæ aliis tutè præcipere soles,
 apud tuum animum propone. Vive ad e
 tissimi illius Regis ac Prophetæ, qui filiu
 ac languentem fleverat, non flevit mort
 considerans, quod irrecuperabilia luctu
 vacua pötius sit vesaniæ, quam sanæ sap
 ideoq; hoc robustissimo solatiō cor Su
 quidem ibo ad puerum, sed puer non revertet
 itaq; dolorem, fortiterq; fer quod DEU
 & jam mutari nequit. Periclem imiteris
 dum duobus orbatus adolescentulis,
 vultū, atq; adeò coronatus in publicum
 concionando differuit. Respice PAULI
 qui intra septem dies duobus amissis fi
 concionem ultrò, populo Romano gra
 publicam fortunæ invidiam, domestico
 Et si te fortassis excitatiūs movent exem
 pte rogo CORNELIAM illam, Matr
 mam, quæ cum duos filios, TIBERI



Ob-
 obiit,
 RDUS,
 d quæ-
 cupas?
 legit-
 noster
 tristi-
 c ac re-
 ectam
 NUM
 nsilia-
 jciens,
 apien-
 rotum
 nicum
 super-
 éfatis,
 pát, Ego
 oerce-
 voluit,
 quatri-
 thibuit
 bliceq;
 LIUM,
 essus in
 , quod
 misset.
 rū, per-
 rosissi-
 JUM,
 agnos